

Erat Athēnīs magna et spatiōsa villa. Multī hominēs eam timēbant. Hominēs in eā villā per tōtam noctem clamōrem audiēbant. Tum appārēbat īdolum senex et horribile! Omnēs hominēs īdolum verēbantur. Ergō, nēmō in eā villā habitāre cupiēbat. Quōdam diē venit philosophus nōmine Athēnodōrus. Athēnodōrō villa placēbat et eam emit.

Vespere Athēnodōrus imperat servī lectum in prīmā parte villae pōnere et lūmen portāre. Tum servum imperat dormīre.

Epistulam scrībere incipit. Prīmum erat silentium noctis, sed deinde audiēbat vincula strepitum facere. Athēnodōrus stilum in mensam pōnit.

Tum iterum magna vox vinculōrum auditur. Athēnodōrus de mensā rēspicit et vīdet īdolum iuxta se tacitē stāre. Īdolum Athēnodōrum hortātur: “Surge et venī”. Is tamen nōn surgit, sed iterum epistulam scrībere incipit. Nam is nōn timēbat īdolum.

Tum īdolum suprā caput Athēnodōrī lamentātur. Athēnodōrus rēspicit īdolum et id iterum eī imperat venīre. Athēnodōrus lūmen capit et īdolum sequitur. Per villam īdolum eum dūcit. Propter gravitūdinem vinculōrum lentē ambulat.

Īdolum philosophum dūcit in āream villae, tum ēvānescit. Athēnodōrus herbās in āreā pōnit.

Posterō diē imperat āream villae effodere. Inveniuntur hominis ossa inter vincula.

Ossa pūblicē sepeliuntur. Omnēs dīcunt īdolum nunc in villā nōn apparēre.